

crepitaculum, **i.** subs. n. FORMAS crepitacillum^{x3}. ETYM crepitare. [FREQ humilis 20^{indicia} 1,3 /d.c.m. 60 COLUM] uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter dramaticum aptum, et uersu et prosa, omnibus usibus; necnon technicis quandoquidem inuenitur; inde a saec. I aec. apparet.

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	8	1,2
	exponens	6	2
	lyrica	2	7
	narratiua	3	0,55
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	5	1,3
	III-V ec.	14	1,6
DIAPHASICA	docta	2	0,9
	media	17	1,3
	quotidiana	1	1,7
DIASTRATICA	litteraria	17	1,3
	technica	3	1,3
MODUS	prosa	15	1,1
	uersu	5	2,6

¶ **a1** MUS instrumentum musicum quo crepitus, partibus saepe metallicis inter se conflictantibus, edebat • instrumento que producía un sonido tintineante por el choque de sus piezas, habitualmente metálicas [HYPER instrumentum musicum quod pulsu sonat] 60 COLUM 9.12.2. apes crepitaculis aeris aut testarum plerumque uulgo iacentium terreatur. 430 MART CAP 9.9. Harmonia ... blandis leniter crepitaculis tinniebat.

a2 specialiter puerilia tintinnabula designauit • específicamente, designaba el sonajero para los niños [HYPER ludicrum SIM crepundia^a] 70 LUCR 5.229. nudus humi iacet infans ... at uariae crescunt pecudes armenta feraeque nec crepitacillis opus est. 95 QUINT Inst 9.4.67. uersus ne ... breuium contextu resultent ac sonum reddant paene puerilium crepitaculorum. 207 TERT Adu Mar 3.13.2. scilicet uagitu ad arma esset conuocaturus infans, et signa belli non tuba sed crepitacillo daturus. 283 NEMES Ecl 3.30. paruum ... alumnum aut gremio fouet ... aut tremulis quassat crepitacula pal-mis.

de eius somniferis uiribus, Romani crepitaculum pueros terrere putabant, eo ut luctum obliuiscerentur • respecto a sus virtudes adormecedoras, los romanos pensaban que el sonajero conseguía asustar a los niños y que estos olvidaran su llanto 330 ARNOB 7.32.2. ut paruuli pusiones ab ineptis uagitibus crepitaculis exterrentur auditis.

b1 Isidis mysteriorum sistrum • sistro de los misterios de Isis [HYPER instrumentum musicum quod pulsu sonat SIM ~sistrum] 125 APUL Met 11.4. ferebat aereum crepitaculum, cuius per angustam lamminam in modum baltei recuruatam traiectae mediae paucae uirgulae, crispante brachio trigeminos iactus, reddebant argutum sonorem.

b2 cylindrata campanula ad pecudum collum fixa ut situm declarent • esquila, campanilla o cencerro que lleva el ganado al cuello para localizar su situación [HYPER instrumentum agricolae] 409 ENDEL Mort boum 36. Plaustri subdideram fortia corpora ... boum, quis mentes geminae, consona tinnulo concentu crepitacula.

b3 tabula crepante qua agricolae aues a segetibus fugabant • carraca con que los agricultores ahuyentaban a los pájaros de los sembrados • rattle used by farmers to scare birds away from the fields [HYPER instrumentum agricolae SIM crepaculum] 364-430 PALLAD 1.37.4. Aues etiam pannis et crepitaculis terreamus.

c1 in fine Antiquitatis sonus ipse puerilis crepitaculi • el propio sonido del sonajero [HYPER sonus] 430 MART CAP 1.7. crepitacula tinnitusque, quis infanti somnum duceret, adhibebat quiescenti.

c2 et uocum murmur • y el murmullo de voces [HYPER sonus SIM murmur] 429 MAR MERC Subnot 7.1. uerborum crepitaculis magis quam ullis declamationibus studium inane dependis. GLOSS 5.186.26. crepitaculorum puerilium sonorum minutissimorum uoces.

c3 seu calceorum uestigia facientum sonus • o el ruido de los pasos [HYPER crepitus^a] GLOSS 2.410.55. ποδοφόριον. 2.575.43. sonus pedum.